



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 26. Rex & Regina Rothomagum ingressi atque Senatus revocatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

pisurionius Princeps in genua procum- Sæcul. XVI.
 bebant, cum autem penè expiraret, A C. 1562.
 quemdam e suis cubiculariis barba pre-
 hendit, dicens: „fidelis esto Filio meo,
 „eumque nomine meo admoneas velim,
 „ut ipse Regi fidele obsequium præ-
 „stet. „ His dictis Navarræ Rex die
 septima Novembris e regione Andalii
 oppidi in Sequana subsistens animam
 efflavit,

§. XXVI.

*Rex, & Regina Rothomagum in-
 gressi, & Senatus postea
 reversus.*

Ceterum in Rothomagensis urbis ob- Labour ad-
 sidione quatuor hominum millia u- dit. aux.
 trinque occubuere: & quidem ex Ca- mem. de Ca-
 tholicis non sine ingenti omnium luctu stelnav.
 egregius Bellidux Sancolumbanus, nec
 non Anduinus, ambo e Benearno op-
 pido Nobiles, desiderati fuere: Mont-
 gommerius autem, cum Regios milites
 per muri hiatus penetrare cerneret, tri-
 remem jam antea paratam conscen-
 dit, atque Neustriam sese recepit, una-
 cum quibusdam aliis, qui cymbis vecti
 prospera fuga sese victoribus subduxe-
 runt, elusis quamplurimis tormentorum
 ictibus, quibus ex adversa fluminis
 ripa impetebantur. Triduo post captum
 Rothomagum Rex, ac Regina solemni

T t 3 in-

Sæcul. XVI. ingressu urbem honorabant, ubi seque-
A.C. 1562. bantur etiam Senatores, qui antea Lu-
 parias aufugerunt.

§. XXVII.

*Marloratti Ministelli, aliorumque
 supplicia.*

Thuan. l. 33. **E**quidem rebelles hi cives urbis suæ
 n. 6. depredatione sat acerbe castigati vi-
 debantur, nihilominus ad ceterorum
 terrorem nonnullos ex illis, qui capti,
 ac gravioris sceleris rei erant, severio-
 ri poena plectere oportebat, ac præ-
 primis Marloratus Calvinistarum Præ-
 co, qui antea Eremita Augustinianus
 erat, laqueo suspensus die trigesima Oc-
 tobris periit. Hic idem hæreticus, ut
 jam supra meminimus, Polliacensi col-
 loquio interfuit, eratque patria Lotha-
 ringius, Anno restauratæ salutis mille-
 simo quingentesimo sexto natus, quem
 brevi parentibus suis orbatum Patrus
 suus, cujus tutelæ commissus erat, ad
 amplectendum Religiosorum institutum
 induxit, ut is Nepotis sui facultates aucu-
 paretur: igitur Marlorattus transactis in
 continentia sexaginta annis, forte ne
 fuorum confratrum exemplis quicquam
 derogaret, & ipse quoque sacrilegis
 nuptiis se polluit, ex quibus quinque
 filios suscepit, qui una omnes supplicii,
 quo eorum parens sublatu est, spectato-
 res